

f. ccl. i.

201.

Inspit Cronica marchionum Misnensium
ac genealogia eorum.

xxx

pugn.

ffuit

aj inspirata e; cor. manu
rec. inspiratus.

4 c. 1. add. man. rec. in marg.
t Athunacum

c/inspir. manu rec. in

* f. ccl. i.

d. intencor? c. i.

Temporibus Karoli Magni imperatoris,
qui xxx^{ta} annis pugnauit contra Saxoniam
gentem, fuit tunc in Westphalia et Saxonia
Magnus dux Witkind, qui pre ceteris
principibus Saxonie et Almannie durius
Karolo resistebat. Tandem diuina inspi-
ratione et a sancto Bonifacio archie-
piscopo Moguntino et fundatore Fulden-
sis ecclesie fuit apud Aliniam bapti-
zatus. Quem Karolus rex per se de sacro
fonte suscepit. Anno post incarnationem
Christi septingentesimo octuagesimo quin-
to. Gesta itaque Witkundi magni ducis
gloriosae reperiuntur in historia Karoli Magni
et in cronica de origine Saxonum. Fuit
in ecclesia Paderbornensi fore sepultus.
Iste Witkind dux fundauit primo
castrum prope Salam fluvium, quod
hodierna die cernitur, quod dicitur Witthin
quod a nomine suo proprio a Witkind
Witthin appellari voluit, similiter et
ciuitatem et castrum Witteberge fun-
dauit, quod hodie dux Saxonie possidet. De
quo Witkindo in cronica de origine Saxo-
num ita scriptum reperitur: Witkind
quoque qui inter eos, scilicet Saxones et alq-
uorū gentes, quum amplitudine emi-
nebat, et qui perfidie auctor et incensor